

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavantner Diözese.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Inhalt: 41. Allocutio Pii PP. X., habita in Consistorio die 15. Aprilis 1907. — 42. Hirten schreiben anlässlich der Reichsratswahlen. — 43. Pastirski list zastran državnozbornih volitev. — 44. Kirchliche Feier des Jubiläums-Jahres 1907 in Maria-Zell. — 45. Weisungen, betreffend die österr. Staatsangehörigen, die in Ungarn domicilieren, aber in

Oesterreich mit einem österreichischen Staatsangehörigen die Ehe schließen wollen. — 46. Weisungen, betreffend die Schließung des bei gemischten Ehen vorgeschriebenen Vertrages bezüglich der ungar Staatsangehörigen, die nicht in Ungarn wohnen. — 47. Der „Steirische Lehrerverein Vinzenz Eduard Wilde“. — 48. Diözesan Nachrichten.

41.

Allocutio Pii PP. X., habita in Consistorio die 15. Aprilis 1907.

Venerabiles Fratres!

Festivitas dominicae Passionis, quae nuper adfuit nobis, inter exultationes spiritualium gaudiorum, iterato veluti documento nos monuit Ecclesiam Christi sponsam, in humanae regenerationis opere prosequendo et in collocatione quam ideo habet adversus mundum tenebrarum harum, non ad solatia in hisce terris vocari, sed ad aerumnas atque labores. Audivimus scilicet ipsum Caput nostrum de se asserens: *Nonne haec oportuit pati Christum . . . ?*¹ Quo autem praecessit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis: quod utique non tantum de victoriae laetitia, verum etiam credendum est de labore certaminis. — Haec porro est, Venerabiles Fratres, quae Nos erigit fides atque inter aspera rerum sustentat; ut, fidentes non in Nobis sed in Deo, parati simus, in apostolatus munere sancte integreque implendo, pressuras omnes ac tribulationes perpeti. — Neminem autem vestrum latet, inter multiplices quae abundant passiones Christi in Nobis, conditionibus, in primis, vehementer Nos angit, quibus Galliarum Ecclesia asperioribus utitur in dies; quae quidem eo magis Nos habent anxios, quo intensiore gentem nobilissimam caritate complectimur. Vere enim dolores eius dolores esse Nostros testamur; sicut et gaudia illius gaudiis Nostris adnumeramus. — Profecto, qui gentem illam nunc moderantur, non hoc contenti quod pacta et conventa iustissima suo Marte resciderint, quod Ecclesiae bona per vim eripuerint, quod veteres solidasque Gallorum glorias repudiarint; eo omnem operam intendunt, ut e popularium suorum animis religionem evellant penitus; id autem ut assequantur, extrema quaeque et urbanitati gallicae prorsus nova audent, iure quolibet tum privo tum publico iniuriosissime violato. Hinc porro egregios Galliarum Episcopos et clerum, inde vero Apostolicam ipsam Sedem calumniati, suspiciones animis inseruisse student

mutuamque fiduciam convellere, ut, si fieri queat, illorum ac Nostram, in Christi fide Ecclesiaeque iuribus vindicandis firmitudinem frangant. — Praeterea, cavillatione apertissima, gallicae instituta gentis inductamque rei publicae formam cum atheismo confundere nituntur cumque omnigena divinorum oppugnatione; eo scilicet spectantes ut quemlibet interventum Nostrum in religionis apud suos negotiis, quem a Nobis officii sanctitas exigit, iniustitiae convincant; simulque populis suadeant Nos, dum Ecclesiae tuemur iura, popularis regiminis adversari formam, quam equidem et agnovimus semper semperque observavimus.

Deo utique grates sunt, quod *scrutati iniquitates* nunc etiam *defecerunt scrutantes scrutatio*.¹ Enimvero ea Antistitum sacrorum fuit inter se concordia plane mirabilis, ea eorumque et cleri ac fidelium cum Apostolica Sede coniunctio, ut ad illos pervincendos nihil astus ac fallaciae adversariorum valuerint. — Id autem, Venerabiles Fratres, Nobis est causa cur laetiora speremus, diesque salutis gallorum Ecclesiae atque genti tot malis afflictatae adfuturos. Nos equidem adamatae gentis persequi bonum nullum plane tempus intermitteremus; quod adhuc fecimus, faciemus porro; caritatem invidiae, erroribus veritatem, probris ac maledictis obiciemus veniam; desiderantes unice assiduoque gemitu exorantes ut qui tam obfirmate atque acriter utilitates suae gentis laudesque veras proculcant, desinant tandem religioni sanctissimae invidere: datamque Ecclesiae libertate, quotquot sunt, non modo catholicarum partium, verum etiam humanitatis quomodo-cumque atque honestatis amatores, communi Nobiscum bono patriaeque suae prosperitati adlaborent.

Haec, Venerabiles Fratres, communicanda vobiscum volumus, ut simul moeroris Nostri ac fiduciae participes habeamus . . . In nomini Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

¹ Luc. 24, 26.¹ Ps. 68, 7.

heutigen. Die Fresken der unteren Kirche stammen aus dem siebenten, achten, neunten Jahrhundert; die obere Kirche besitzt einen Marmorchor aus dem sechsten Jahrhundert, Fresken von Majolino oder Masaccio, herrliche Mosaiken aus dem dreizehnten Jahrhundert, und viele andere bedeutende Kunstwerke.

Auch das Andenken der großen Slavenapostel Cyrillus und Methodius verknüpft sich mit dem Bau, indem diese zwei Apostelbrüder im Jahre 867 oder 868 die Reliquien des hl. Clemens von Chersonese hierher brachten. Die Gebeine des hl. Cyrillus, der im Jahre 869 in Rom verschied, fanden hier für viele Jahrhunderte ihre Ruhestätte. Zu Ehren dieser beiden Apostel und zum Andenken an die große slavische Wallfahrt im Jahre 1881 hat Papst Leo XIII. in der Basilika eine schöne Seitenkapelle errichtet. Der ganze Bau kann als einzig und unersetzlich bezeichnet werden.

Genauere Pläne und Kostenanschläge sind ausgearbeitet. Dieselben sichern eine dauernde Trockenlegung zu, aber die zu überwindenden technischen Schwierigkeiten sind sehr beträchtlich, besonders weil die nächste Stelle, wo der Abfluß mit der

städtischen Kanalisation in Verbindung gebracht werden kann, beim Colosseum, in einer Entfernung von etwa vierhundert Metern von der Basilika liegt. Ferner muß der Abfluß zehn bis dreizehn Meter unter die Straßenfläche gelegt werden, so daß seine Ausführung durch Tunnelgraben erfolgen muß.

Die Kommission, welche diese und andere Schwierigkeiten — z. B. die notwendige Trockenhaltung des Tunnels während der Bohrarbeit — in Erwägung gezogen hat, ist der Ansicht, daß eine Summe von 30.000 Mark für die Ausführung erforderlich sein wird. Sie richtet an alle diejenigen, welche Rom und seine Denkmäler lieben, die dringende Bitte zur Aufbringung dieser gütigst behilflich zu sein."

Die hochwürdigen Herren Seelsorgepriester werden hiemit eingeladen, auch ihrerseits zur Erhaltung der berühmten St. Clemens-Basilika in Rom in der Weise gern beizutragen, daß sie freiwillige Opfergaben sammeln und dieselben an das F. B. Ordinariat in Marburg einsenden, welches sodann die gespendete Summe sofort seiner Bestimmung zuführen wird.

40.

Diözesan-Nachrichten.

Ernennung. P. T. Mons. Karl Hribovšek, Sr. Heiligkeit Hausprälat, infulierter Domdechant des F. B. Lavanter Domkapitels und F. B. Konsistorialrat, wurde zum infulierten Dompropst ebengenannten Kapitels ernannt.

Berufen wurden die Pfarren: St. Barbara bei Ankenstein Herrn Johann Vogrin, Kaplan in St. Peter bei Radkersburg und St. Anton in Stoperzen dem dortigen Provisor Herrn Andreas Keček.

Wiederangestellt wurde als Kaplan in St. Barbara bei Ankenstein der dortige Provisor Herr Franz Gomilšek.

Überfetzt wurden die Herren Kapläne: Anton Berk von St. Martin bei Windischgraz nach Oberburg und Anton Penič von Oberburg nach St. Ruprecht ob Tüffer.

Gestorben ist Herr Jakob Krusić, Pfarrer in St. Andrä ob Heiligenstein, am 12. April im 65. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben ein Kaplansposten in St. Peter bei Radkersburg und der 2. Kaplansposten in St. Martin bei Windischgraz.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 15. April 1907.

† Michael,
Fürstbischof.